

gloriari licet Seminarium nostrum, quamquam ad huc admodum recens vere magnorum parentem virorum existere: jam enim huic nobilissimæ civitatæ Ottaviensi Archiepiscopum dedit, præsulem pietate et doctrina insignem; postea Sedi Sancti Bonifacii rectorem suum in Archiepiscopum concessit, qui, plaudente Ecclesia, laborat sicut bonus miles Christi Jesu: ac demum videt unum e magistris suis laurea et titulo Sti. Thomæ Aquinatis academias hodie insignitum. Hinc jam propria gloria fulget, nec, ut prius, omnino subumbratum viget ob præcellens decus hujus alni collegii, nuperrime ad dignitatem Catholiceæ Universitatis erecti ob præclara merita in institutione christianæ juventutis. Universitas enim Ottaviensis, ut pia mater incunabilis Seminarii sedulo invigilabat, cunctaque ipsi quasi pannis involuto infanti necessaria ad vitam cultumque subministrabat. Nunc autem, maxime per te, Reverende Pater, amplissimis honoribus decoratum, hoc ipsum, quod heri infans adhuc stabat, hodie in lucem sese prodit ut vir fortissimus ac paratus ad acerrime propugnandum jura veritatis, necnon ad majestatem christianæ scientiæ pro viribus vindicandam.

Jampridem certe apud Seminarium nostrum, instar reginæ summo prætio habebatur doctrina Angelici Doctoris, ejusque, ut recte aiebat Romanus Pontifex, sapientia aurea dux et quasi stella studiorum nostrorum tenebatur Ita quidem bonum opus operatum est et boni operis mercedem est consecutum. Insuper, ob eamdem causam, te ipsum hodie, Doctor Reverendissime, maximis honoribus cumulatum contemplamur; ex quo enim tempore in Cathedra theologiae dogmaticæ magister sedisti, id totis viribus egisti ut doctrina Divi Thomæ magis magisque apud nos floreret, fructusque in alumnorum tuorum profectum ubiores in dies produceret. Quod quidem gaudium nostrum, hoc tam fausto tempore, necnon grati erga te sensus, vocibus nostris quodammodo proloquuntur.

Nec id tacere volumus quod profectum tuum auget multoque plus consert dignitatem: nos docebas altissima et tutissima scientiæ christianæ principia eo ipso tempore quo haec a permultis catholicis sive ex ignorantia sive ex malitia—Deus scit—audacissime negantur. Quid enim conspicimus undique diebus nostris, nisi

auctoritatem Sanctæ Matris Ecclesiæ, quando jure docet in rebus etiam politicis que fortasse materiam ad fidem moresve contingent, ab ingratis filiis in quæstionem vocatam, imo superbe despactam? Nos autem tuis consiliis edocti omnes intelligimus Episcopos, "quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei" in his aliisve consimilibus rebus, maxime quando agitur de juventute christiana bonis moribus et sanis doctrinis imbueda, submissa mente esse audiendos. Et hoc obtinuisti, Reverendissime Doctor; nosque omnes probe cognoscimus quod nulli parcebas labori quo hunc finem optatum consequereris, nihilque prætermittebas quodadusque opus bonum tibi creditum in majus concreceret.

Tuorum igitur meritorum nos memores, alumni tui omnes, tum, qui fuerunt sub tua disciplina, tumquæ adhuc versantur, tibi ob summum honorem collatum hodie ex corde congratulamur, ac Deum Omnipotentem ardentissime r̄gmanus ut tibi, Reverendissime Magister et Doctor, valetudinis dona, robur et solatium tribuere dignetur, ut inter omnes hujus vitæ varietates suo semper munimine te protegat ac denum te flicem ad portum salutis æternæ perducat.

Mr. Geo. Fitzgerald, '97, then read the following address on behalf of the English speaking students of the University:—

*To the Reverend Father Lacoste, O.M.I.,
D.D.*

REVEREND FATHER,—

It is with mingled feelings of pride and gladness that we, the students of the University of Ottawa, are assembled here tonight. Happy are we on this auspicious occasion to offer you our sincere congratulations, and proud are we to know that one of our professors is called upon to take a place among a body of men who have reached a high pinnacle of fame in the philosophical world of to-day.

The honor done this institution is a cause of joy to every student within its walls, and especially to those of us who are now pursuing our philosophical studies, for, in a measure, it is also a recognition of the efficiency of those under whose guidance we are placed. Many are the sterling qualities which have won for you this high and